

www.e-rara.ch

Adagiorum Desiderii Erasmi Roterodami epitome

Erasmus, Desiderius

Amstelodami, 1663

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-5599>

M.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Vinum senem etiam vel nolentem saltare Homar.
compellit.

Admonet nihil esse tam ineptum, neque tam alienum, ad quod non incitet ebrietas.

Οἶνος ἀνωγα γέροντα κὶ ἐν ἐδέλοντα χορδαίειν.

Id est, Vina senem, ut nolit, cogunt ductare choreas.

Item

Οἶνος κὶ φρενέοντας ἐς ἀφροσύνην ἀναβάλλει. *Id est*,

Insanire facit sanos quoque copia vini.

Vinum caret clavo.

Τὸν οἶνον οὐκ ἔχειν πηδάλια.

Athenet

Id est, Vinum non habet clavum. Propterea quod ebrietas nihil consulte neque moderate vel dicit, vel facit. Obruitur enim ratio, quæ clavi vice sobrios moderatur ac gubernat. Ovidius:

Nox & amor, vinumque nihil moderabile suadent:

Illa pudore vacat: Liber amorque metu.

Amphidromiam agis. Ἀμφιδρομίαν ἀγεις.

Adagiū ad varios usus poterit accommodari, vel ad eos, qui pueros ostentant ac circumferunt, aut munuscula captant ambiuntque. Sumptum à prisca consuetudine, qua mulieres quæ in partu adfuissent, & in obstetricando juvissent, quinta post die manus ablucere solent, ac puerum cursu laribus circumferre; eoque die munera missitabantur à cognatis, sepia plerunque & polypi: decimo à partu die nomen indebatur infanti. Hesych. Amphidromiam septimo die scribit celebrari solitam.

MAGNIFICA PROMISSA.

Aureus in Olympia stato.

Lucian.

Lucianus in Pseudologista: χρυσὸς φατὴν ἐν Ὀλυμπίᾳ σταθῆται. *Id est*, Aureus ut ajunt, in Olympia stato.

Quem summo præmio dignum Græci significant, ei dicere solent: Aureus in Olympia statuere. Plato: Polliceor me statuam auream tibi æqualem Delphis collocaturum.

Aureos

Terent. *Aureos polliceri montes.* *Χρυσοὶ ὄρη ὑπερχεῖται.*
De iis qui immensa promittunt, spesque amplissimas ostendunt. Terent. in Phor. Is senem per epistolam pellexit, modo non montes auri pollicens. Vbi modo non, significat tantum non, hoc est, propemodum.

Plautus. *Montes frumenti. Mare aureum.*
Ad rerum adfluentium copiam transferuntur. Huc poterit referri quod supra adductum est:
Theagenis hecateum.

Aristop. *Solidos è clibano boves.*
Proverbialis hyperbole de barbarica rerum copia, sive de lautitiis affatim subministratis. Antiquitus enim in deliciis erant cibi in clibano cocti. Primum enim panis in clibano decoqui coeptus, quem *κλιβανίτιον*, hoc est clibanarium vocabant, eaque res usque adeo visa est nova, ut etiam proverbii locum fecerit. deinde carnes & pisces eodem modo coqui coeperunt. Unde & Thunni & id genus alia in clibano cocta, xeniorum vice ministrabantur amicis. Accommodabitur non incite etiam ad præcedentem locum.

Καπνός.

Καπνός, id est fumus, est cognominatus Theagenes, quod magnifice polliceretur, cum esset pauper.

Charetis pollicitationes.

Αἱ Χάριτες ὑποχέσεις.

Dici solitum, ubi quis facile ac benigne promittit, juxta illud Nasonis:

Promittas facito: quid enim promittere lædit?

Pollicitis dives quilibet esse potest.

Natum adagium à Charete quodam Atheniensium duce, qui quidvis pollicebatur.

Album panem tibi pinso.

Ἀδύλω μάζαν φράσται.

Dici solitum, ubi quis magnarum rerum spes amplas ostendit. Est enim maza panis genus. Porro Græcis album panem in deliciis fuisse, locis aliquot testatur Lucianus. Et hoc ad jocum accommodabitur.

Ario-

Ariolari.

Terent.

Proverbio dicebatur, qui nihil adferret certi nihilque presentis emolumentum, verum in diem modo polliceretur. Terentius: Sed ego ariolor. Sumptum à divinis, qui prædicunt eventura.

Ἐπαύλια δῶρα.

Dicebantur magnifica munera, quæ postero post nuptias die sponsæ pater adducebat sponso, pompæ cuiusdam specie.

Modio dimetiar. Μεδμνω δ'πομείρω.

Suidas.

Ingens & cumulatam sperantis emolumentum. In magna siquidem rerum abundantia, non heminis neque congiis, sed modio metimur. Suidas: Modio metiar acceptum à patre argentum.

*Verba importat Hermodorus.**Λόγους γὰρ Ἐρμόδωρος ἐμπορεύεται.*

Id est, Sunt Hermodori verba mercimonium. In eum dicebatur, qui præter verba nihil adferret. Aut in eos qui verba vendunt pecunia, quod in poetas, advocatos, fumi venditores recte dici poterit: Naturam autem ab Hermodoro quodam Platonis auditore, &c.

*Hesperidum mala.**Μῆλα ἐπ'ερίδων δωρήσεται.*

Id est, Mala Hesperidum largiri, qui magna & splendida largirentur. Vergilius:

Aurea mala decem misi, cras altera mittam.

Alybantii hospitis munera.

Macrob.

Alybantii amici xenia, quoties fit, ut aliquis falso jactet se magna largitum esse; seu verbis duntaxat, non se præstet beneficium.

Ad pileum vocare.

Ad libertatem invitare, aut promissis ingentibus seditionem commovere. Macrob. Dicit aliquis nunc me dominos de fastigio suo dejicere: & quodammodo ad pileum servos vocare. Metaphora ducta à veterum consuetudine, qua servi cum statum mutarent ac manumitterentur, capite raso pileum accipiebant.

Cilli-

Suidas.

Cillicon bona.

Ἀγαθὰ Κιλλικῶν, *Id est*, Bona Cillicon, subaudi facit, aut habet. Convenit ubi quis malefactis ac fœdis artibus sibi paravit opes. Huic adagio locum fecit Cillicon quidam, natione Milesius, qui prodita Prienensibus Mileto patria, ampliter quidem, sed fœde ditatus est. Is cum proditionem moliens rogaretur quidnam esset factururus, respondit, πάντα ἀγαθὰ, *Id est*, Omnia bona. Unde Proverbium effertur etiam ad hunc modum, πάντα ἀγαθὰ ὡς ἔφη Κιλλικῶν, *Id est*, Omnia bona, velut inquit Cillicon.

Ἐπειτε νῦν μοι.

Homerus Iliados β.

Ἐπειτε νῦν μοι μῦθον ὅπως δὴ προσέειπεν.

Dicite nunc Musæ, dixistis quippe priora.

In commemoratione rerum ridicularum habebit locum & gratiam.

Ego faciam omnia mora Nicostрати.

Idem.

Ἐγὼ πάντα μὲν ἔποιον καὶ Νικοστράτην.

Id est, Ego cuncta more fecero Nicostрати, pro eo quod est, egregie. Nam hunc ajunt, comœdiarum actorem fuisse talem, qualis apud Romanos prædicatur fuisse Roscius.

Plato.

Σπῶνδε, νόξα πρᾶστο ἐστίν. Ἐγὼ γὰρ ὡς εἶπεν ὁ ἄλλος.

Id est, Sponde, sed noxa præsto est. Qui pro altero fidejубet, id pollicetur, quod non est in ipso situm præstare, nempe fidem alienam.

MAGNI MOMENTI.

Idem.

Vel Megaram usque.

Ubi quid significamus, magni pretii, nobisque vehementer expetitur, dicimus: Hujus rei gratia vel in Indiam usque proficiscerem. Aut, digna res est, cujus gratia vel in Hyberniam usque navigatur. Socrates apud Platonem: Mihi sane cupiditas est audiendi, ut si pedibus vel Megaram usque ambules, &c.

Plinius.

Dignum propter quod vadimonium deseratur.

Ubi rem maximi momenti volumus significare, quæque

que vel quantovis dispendio debeat expeti, dignam esse dicemus, cujus gratia vadimonium deseratur. Nam qui vadati sunt, non nisi summo suo periculo abesse possunt.

MALEDICENTIA.

Ἰαμβίζειν.

Suidas.

Prisci dixerunt pro convitiari ac maledicere, voce ducta ab Jambe foemina insigniter maledica. Probabilius est ab Jambo pede ductum, qui convitiis repertus est, impetum ferientis atque impetentis exprimens. Unde & hominem ad convitiandum propensum Ἰάμβηλον appellant.

Σπρωϊώσαι.

Est alterum asperis convitiis incessere. Athenis erat festum quoddam, in quo jus erat dicitariis & convitiis in alios ludere. Unde σπρωϊώσαι dici coeperunt, qui liberius in quempiam debacchabantur. Festo nomen erat, σπρῖα. σπρῶν enim proprie dicitur, quod asperum auribusque molestum est.

Execrationes serere. Ἀρὰς ἐπιπαιεῖραι.

Hesychus.

Dicebantur, qui diris devoverent aliquem. Inde natum, quod apud Cyprios esset solenne, quoties sererent hordeum, addito sale, devovere quibus male vellent.

Masonica dicteria.

Dicteria petulantius jacta, prisci Masonica vocabant, σπῆματα μαιωνικά, à Masone quodam histrione comcediarum Megarensi.

Ultra Hyperbolum. Ὑπὲρ τὸ ὑπερβολόν.

Id est, Vincit Hyperbolum. Hyperbolus quispiam erat mirum in modum appetens litium. Unde convenit in eos qui simili laborant morbo.

MALI RETALIATIO.

Neoptolemi vindicta. Νεοπτολέμει ὀπίσι.

Pausanias.

Id est, Neptolemica vindicta. Ubi quis patitur eadem, cujusmodi patravit in alios. Siquidem Neoptolemo

Iemo Achillis filio, qui Priamum in ipsis palatii focus occiderat, vicissim evenit, ut & ipse apud Delphos ad Apollinis aram occideretur.

Termeria mala. Τερμέρια ἡγοῖ.

Veteri proverbio dicuntur ingentia, maxime, quoties mala, quæ quis in alios impegerit, aliquando in ipsius caput retaliantur. Suidas ait locum quendam esse in Caria, cui nomen Termerio, quo tyranni quandoque pro carcere soleant uti.

Persius. *Cadimus inque vicem præbemus crura sagittis.*

Persius Satyra IV. *Id est*, Vicissim carpimus & carpinur, ridemus & ridemur, mordemus & mordemur, lædimus & lædimur. Horatius.

Cadimus & totidem plagis consumimus hostem.

Dedi malum & accepi.

Minius.

Beticum adagium est, quo licebit uti, quoties ejusmodi permutatio videbitur facta, ut malum pro malo sit redditum, & par pari relatum: veluti si quis improbum generum dedisset, ac nulum item improbam recepisset.

Terent.

Qui quæ vult dicit, quæ non vult audiet.

Terent. Si mihi pergat quæ vult dicere, quæ non vult audiet. Rursum in prologo Phorm. Benedicatis si certasset, audisset bene. In prologo Andriæ: Desinant maledicere, malefacta ne noscant sua. In prologo Eunuchi: Tum si quis est, qui dictum in se inclementius existimet esset, sic existimet, sciat responsum, non dictum esse. Responsum enim vocat convitium convitio redditum. Vulgo dicitur: Ut salutabis, ita & resalutaberis.

Plautus.

Eodem bibere poculo.

Est iisdem affici incommodis, malisque communibus obnoxium esse. Plautus: Ut senex eodem hoc poculo, quo bibi, biberet.

MALVM CONDUPPLICATVM,
AUT RENOVATVM.*Ignem igni ne reddas. Μη πῦρ ἐπὶ πῦρ.*

Id est, Ne incendium incendio addas. Plato lib. de legibus secundo, vetat, ne pueri ad annum usq; duodevigesimum vinum bibant, ne si vini calor accesserit ad fervorem atatis, ignem igni suggerere videantur.

*Ignis non extinguitur igni.**Πυρὶ δ' σβέννυται πῦρ.*

Id est, Igni non extinguitur ignis. Malum malo non tollitur, ira non sedatur iracundia: sed ferocitas sedatur lenitate, malum patientia tollitur, injuria beneficio vincitur.

Oleum camino addere.

Hieron.

Malo fomentum, ac velut alimoniam suppeditare, Hieronym. ad Eustach. Vinum & adolescentia duplex est incendium voluptatis. Quid oleum flammæ adjicimus?

*Oleo incendium restinguere.**Ἐλαίῳ πῦρ σβέννυειν.*

Plato.

Dici solitum, ubi quis ea admovet remedia, quæ malum magis ac magis exacerbent. Veluti si quis offensum jurgiis convitiis velit placare.

Hydrum secas. Ὑδραν τέμνεις.

Sophoc.

Dicitur est loco, Inanis opera.

*Malum malo medicari.**Τὸ κακὸν κακῷ θεραπεύειν.*

Euripid.

Est malum aliud alio malo tollere.

Morbum morbo addere.

Est conduplicare malum. Euripides

*Μὴ νοσῶν τί μοι νόσον**Προσθῆς, ἄλλοις γὰρ συμφορὰ βαρύνομαι.*

Ne tu mihi morbo laboranti, alterum

Appone morbum, nam sat hoc premor malo.

Lutum luto purgare. Πηλὸν πηλὸν καθαίρει ἄλξ.

Dicitur, ubi res sordida sordidius tollitur, hoc est, quum sordes non tolluntur, sed mutantur.

Aristop.

Pro caco exoculatus est.

Quum videmur corrigere quod dictum est, sed altero verbo, quod vel idem polleat, vel magis etiam lædat: veluti si quis dicat, Non furatus est, sed involavit.

Post Marathonem pugna.

Herod.

Μετὰ τὴν μάχην αὐτὴν μάχη.

Id est, Post Marathonem prælium. Ubi quis post calamitatem in aliam novam rursus incidit. Marathon locus est Atticæ, crebris cladibus insignis, ubi acerrima pugna fuit cum Persis. Simile huic: Post bellum tumultus.

Phocil.

Lis litem ferit. Ἐξ ἑστέων ἔστιν ἀντιφασίας.

Id est, At lis feritur de lite vicissim. Resecanda injuria est, non retalianda.

De fumo ad flammam tendere.

De eo qui se à rebus dubiis in præfens exitium conjicit.

*Litem parit lis, noxa item noxam parit.**Δίκη δὴλυτὴ ἐπιτετε, καὶ βλάβη βλάβη.*

Senarius in rixosos & litium avidos.

Fallacia alia aliam trudit.

Terent.

Sumptum à consuetudine conantium fallere, ac dolos dolis consarcinantium, ne deprehendantur. Unde consutis dolis dixit Plautus, Et futelas appellat hujusmodi technas. Et apud Homerum δόλος ὑφαίνειν, *Id est,* Dolos texere.

*Refricare cicatricem.**Quare in loco Lacescentis.*

Aristot.

Illico hyems erit.

Ei ó νότος βορέαν προκαλέσεται, αὐτίκα χειμῶν.
Id est, Illico hyems fit, ubi Boream accersiverit Ausfer, Ubi malum malo successerit, aut ingens periculum imminet.

Aristop.

Præstat uni malo obnoxium esse, quam duobus.

Aristophanes in Concionatricibus hunc senarium proverbialem refert.

Eν

Ἐνὶ γὰρ σωέχεσθαι κρείττον ἢ δυοῖν κακοῖν. *Id est,*

Uni atque geminis præstat involvi malis.

Quoties utrunque malum evitari non potest, danda tamen opera, quo declinemus alterum. & in id, quod minus habeat incommoditatis, incurramus.

Ad hunc locum refertur: Post bellum tumultus.

Est pylus ante pylum. Adducetur infra.

MALUM VERTENS BENE.

Nunc bene navigavi, cum naufragium feci.

Νῦν δὲ πεπλόγησα, ὅτε νενοήγησα.

Quoties id quod videtur incommodum, fortuna præter spem vertit in bonum.

Laqueus auxiliari videtur.

Ἀ μὲν δὲ ὡς εἴοικεν ἡ πύγμα.

Id est, Laqueus ita ut videtur, & bono fuit. Dicitari consuevit, quoties incommodum alicui verteretur in bonum. Veluti si quis Turcam bello captum servaret apud Christianos, atque hac occasione nostræ religionis sacris initiaretur. Aut si dives ad inopiam redactus, hac occasione fieret ex luxurioso sobrius; ex impio pius.

Bellum haudquaquam lachrymosum.

Ἀ δεικρὺς πόλεμος.

Laert.

Id est, Bellum lachrymis carens. Vbi victoria contingit citra cadem & sanguinem. Effertur etiam ad hunc modum, Incrumentum statuit trophæum.

MALUM ASSUETUM.

Callum ducere.

Quintil.

Proverbiales metaphora sunt. Callum ducere, & occallescere, si quidem ad animum torqueantur. Quintilianus libro duodecimo: Et ingenio adhuc alendo callum inducere. Sæpiuscule legimus apud Tullium, occalluisse aures, quum assuetudo sensum mali adimit.

Dies adimit ægritudinem.

Terent.

Terent. in Heaut. Quod audio vulgo dici, Diem adimere ægritudinem hominibus.

Homer.

Malorum assuetudo.

Qui malis assueverit, ac perinulta tulerit, commodius fert & aliud, si quod inciderit infortunium.

Idem.

Neque enim ignari sumus.

Ubi quis ad tolerantiam presentium incommodorum animat sese prateritorum malorum recordatione, non infestiviter usurpabit illud ex Odyss. T.

Τέθλαθι δὴ καρδίη, κὶ κύντερον ἄλλο πῶτ' ἔτλης.

Obdures animam, & quondam graviora tulisti.

Id æmulans Vergilius :

O passi graviora, dabit Deus his quoque finem.

Durate, & vosmet rebus servate secundis.

Plautus.

Nota res mala, optima.

Dictum est sub persona senis, suadere conantis amico, ne uxorem tamen si malam repudiaret, aliam ducturus, propterea quod plerunque fit, ut qui commutat primum, pro malo pejus accipiat, tum ignotum pro noto, insuetum pro familiari. Tantum enim valet assuetudo, ut mala quibus assueverimus, optima videantur. Contra, quæ sunt optima, propter insolentiam pessima videantur.

Usus est altera natura.

Nihil hoc dicto celebratius: Εἶθ' ἄλλη φύσις, *Id est, usus altera natura* : Natura nihil efficacius potentiusve. Unde Satyricus : Custode & cura natura potentior omni.

Scarabæo citius persuaseris.

Θᾶσσον ὁ κένταυρος ἀν' μελέπαιθεῖν.

Id est, Citius scarabæum in diversam sententiam pertraxeris. De iis, qui malis assueverunt, à quibus revocari non possunt, eo quod assuetis videantur optima.

MALVM ACCERSITVM
AUT RETORTVM.

Iliensis tragædos conduxit.

Ælian.

Ὁ Ἰλιδὸς τραγῳδὸς ἐμμίσησε.

Ubi quis ultro provocat quempiam, unde sua audiat probra.

Suo jumento sibi malum accersere.

Plautus,

Qui ipse sibi malorum est auctor, suo jumento sibi malum accersere dicitur, Tanquam suo sumptu suaeque opera, quasi suoapte plauastro, malorum sarcinam adportet sibi.

Suo sibi hunc jugulo gladio, suo telo.

In eum, qui suis ipsius dictis revincitur, aut qui suoapte invento dolove capitur. Ovidius:

Remigiumque dedi, quo me fugiturus abiret:

Heu patior telis vulnera facta meis.

Suo ipsius laqueo captus.

Terent.

Metaphora sumpta ab iis, qui instructis pedicis, avibus aut feris insidias tendunt.

Suo ipsius indicio periiit forex.

Idem.

Terentius: Egomet meo indicio miser quasi forex hodie perii. Donatus admonet esse proverbium in eos, qui suapte voce produntur. Atque hinc existimat ductam esse metaphoram, quod foricum proprium sit, stridere clarius quam mures, &c.

Incidit in foveam quam fecit.

David.

In Odis Davidic. Λάκκον ὠρύξε καὶ ἀπέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπέσειται εἰς βόθρον, ὃν εἰργάσατο. Id est, Lacum fodit, & aperuit eum, & incidet in foveam quam facit.

Captantes capti sumus. Αἰρῶντες ἡρῆμεθα.

Cum res praepostere evenit, ut ipsi circumveniamur ab iis, quibus conabamur imponere.

In venatu periiit.

Lucianus.

Lucianus: Αἰτήτε ἀπόλετο ὑπὸ τῷ ἄγρῳ. Id est, Et ipsa venatu periiit, hoc est, dum adolescentem venatur, studetque irretire, etiam ipsa sese perdidit.

Hanc rethnam in teipsum struxisti.

Eandem sententiam aliter expressit Lucianus:

Ὡς τε σόρισμα καὶ σωτὴ σωτέθεικας. Id est,

Itaque commentum tuum ipsius exitium reperisti. De haeredipeta, qui veneno, quo senem appetiverat, ipse forte fortuna captus interiit. Utendum erit cum dolus in alterum excogitatus, in caput auctoris recidit.

Qui inspuerit in cavernam formicarum.

Ὡς ὁ πλύσις εἰς μυρμηκίαν οἰδεῖ τὰ χεῖλη.

Id est, Quod qui inspuerit in agmen formicarum, huic intumescant labra. Torqueri poterit in eos, qui multitudinem imbecillium quidem, sed tamen numerosam & concordem provocant.

Ex ipso bove lora sumere.

Plutarc.

Ἐκ τοῦ βοῦς τὸς ἰμάλιος λαμβάνειν.

Qui quo lādunt quempiam, ab ipso quem lādunt accipiunt. Metaphora sumpta ab agricolis; qui lora cādunt è boum tergoribus, quibus boves vincunt.

Viro Lydo negotium non erat, at ipse foras profectus paravit.

Ἄνδρα Λυδοῦ πρῶτα γὰρ οὐκ ἔστιν ἄλλ' αὐτὸς ἐξεργῶν ἐπέιατο.

Dici solitum, ubi quis impatiens otii, ipse sibi negotium ac turbam accersit.

Talia gignunt bellum.

Cicero.

Τοιαῦτα ὁ τλήμων πόλεμον ἐξεργάζεται.

Id est, Similia bellum calamitosum perficiunt. Docet hic senarius: E dissidiis eorum, qui Rempublicam administrant, multa gigni absurda. Id translatum ad privatam discordiam, plusculum habebit gratiæ.

Idem.

Securim injicere.

Dicuntur, qui vehementer lādunt ac vulnerant.

Aristot.

Sibi parat malum, qui alteri parat.

Ipse sibi mala cudit, quisque alii mala cudens. Nemo potest alterum injuria afficere, quin prius lādatur seipsum. Qui alium fraudat pecunia, seipsum spoliatur bona mente: gravius seipsum lādatur, quam alterum.

Chius dominum emit.

Athenas.

Χίος δὲ πᾶσι τοῖς ἀνέσταις.

Id est, Chius dominum mercatus est. In eos quadrabit, qui sibi ipsis malum accersunt. Natum inde, quod cum Chii primi servis mercenariis instituisent uti, postea subacti à Mithridate Cappadoce, propriis servis vincti sunt traditi.

Mala

Mala attrahens ad se, ut Cæcias nubes. Gellius.

Κακ' ἐφ' αὐτὸν ἔλκων ὥσε Καικίας νέφος.

Id est, Sic mala sibi ipsi, ut Cæcias nubem attrahens. In eos, qui sibi ipsis litium ac negotiorum materiam pariunt, accersuntque. Ducta similitudine ab ejus venti natura, cui nomen Cæcias.

Omnes attrahens ut Magnes lapis.

Πάντας γ' ὑφέλκων οἷα Μαγνήτης λίθος. Suidas.

Id est, Cuncta attrahens haud aliter ac Magnes lapis. Ducta metaphora à natura lapidis, ferrum ad se attrahentis.

Ne quid suo suat capiti. Terent.

Terent. in Phorm. Pro eo quod est, Ne quid mali sibi conciliet.

In caelum exspuis. Ε'ς ἔρανον πύεις.

Id est, Facis quod in tuum ipsius recidat caput. Aut, Obloqueris his, qui facile possunt lædere. Confine illis: Adversus stimulum calcitrare.

Spontanea molestia.

Celebratur inter Græcos cum primis bellus & elegans trimeter:

Αὐθαίρετος λύπη ἔστιν ἢ τέκνων ποροῦ. *Id est*,

Ultroneus dolor est parere liberos.

Dici non potest, quantum & quam molestum negotium sit, educare filios, præsertim cum adeo pauci sint, qui parentum officio respondeant.

In tuum ipsius malum lunam deducis.

Ε' πὶ σου τὴν τὴν σελήνην κηδελεῖς.

Aglaonice quæpiam, cum per Astrologiam defectus præsciret, jactitabat, se lunam è cælo detracturam in terras. Atque ejus jactantiæ poenas dedit. Proverbium igitur hinc sumptum dicebatur de iis, qui suis ipsorum artibus malum accerferent.

Lunam detrabere. Τὴν σελήνην κηδελεῖς.

Id est, Lunam detrahit. Consuevit dici de eo, cui res vehementer adversæ viderentur. Sumptum ab Aglaonice, ut supra.

Hieron.

Dares Entellum provocas.

Conveniet uti, si quando quispiam juvenili temeritate laceffit aliquem, non perinde promptum ad suscipiendum certamen, verum intolerandum, si semel inierit. Sumpto ex quinto Æneid. lib.

Atlas cœlum. Ἀτλὰς τὸ ἔργον.

Subaudiendum, suscepit. Dicitur solitum de his, qui se magnis & molestis involvunt negotiis, ipsique sibi malum accersunt. Nam hic cœlum hospitio suscepit. Deprehensus autem, quod illi struxisset insidias, præceps datus est in mare Atlanticum.

Homer.

Accersitum malum. Ἐπιπασθὲν κερκίον.

Accersitum malum dicitur, cujus ipse causam præbuerit.

Æsop.

Corvus serpentem. Κόραξ τὸ ὄφιν.

Vbi quis suo ipsius invento perit. Sumptum ex apologo quodam Æsopi. Corvus esuriens serpentem in apri-co dormientem conspicatus rapuit, à quo morsus periiit. Cognatum ei: Corvus scorpionum. Torquere licebit & in hominem ob edacitatem periclitantem.

Bis interimitur, qui suis armis perit.

Magis dolent incommoda, quibus ipsi dedimus occasionem.

Colubrum in sinu fovere.

Idem.

Ὄφιν ἐν τῷ κόλπῳ θάλπειν.

Id est, Serpentem in sinu fovere. Dicitur qui completitur amore, studioque prosequitur ingratum. Sumptum ab apologo quodam Æsopi.

Plato.

Hostis domesticus.

Vbi malum non aliunde proficiscitur, sed ex nobis ipsis nascitur.

Capra gladium. Αἰξ μάχαιραν.

Subaudi reperit. In eos dicitur, qui ipsi reperiunt, quo pereant.

*Pyrausta gaudes gaudium.**Χάραυε πυραύστε χαίρεις.*

De momentanea fluxaque voluptate. Ostendimus alibi pyraustam ad lucernas advolantem, ambustis

alis

alis perire. Vnde natum proverbium: Pyrausta factum. In eos, qui sibi ipsis exitium accersunt.

Prudens in flammam mittere manum.

Hieron.

Hieronymus usurpat pro eo, quod est, sciens expono me discrimini, malisque objicio.

Calidum prandium comedisti.

Plautus.

Fecisti, quod tibi magno malo sit futurum. Ab his sumptum, qui se noxiis ac lethiferis ingurgitant cibis, postea ventris tormina sensuri.

Malum consilium.

Hesiod.

Malum consilium consultori pessimum. In eos, in quorum caput recidit, quod aliis perperam consuluerunt. Hesiodus:

Οἱ αὐτῶ κακὰ τὸ δ' ἄνδρ ἄλλω κακὰ τὸ δ' ἔχων.

Ἡ δὲ κακὴ βελή τῶ βελύσαντι κακίση.

Ipse sibi nocet is, alium qui laedere quaerit.

Consultum male consultori pessimum est.

Camelus desiderans cornua, etiam aures perdidit.

Ἡ καμήλη ἐπιθυμήσασα κερῶταιν καὶ τὰ ὠτιά περῶσαι πῶλεσεν.

Conveniet in eos, qui dum peregrina sectantur ne sua quidem tuentur. Sumptum ex Apologo de camelis, qui per oratorem cornua à Jove postularunt. Ille offensus stulta postulatione, aures quoque resecurit.

Sibi malum reperit.

Homer.

In eum, qui suo laeditur invento, quadrabit illud Homeri ex Odyss. φ.

Ὅς τ' αὐτῶ πρῶτῳ κακὸν εὗρετο οἰνοβαρείων.

Id est, Qui sibi perniciem vel primum reperit ipse, Vino victus.

Dicitur de Eurytione, qui primus invenit usum vini, preceptus à Lapithis.

Caena puram aquam turbans, nunquam invenies potum.

Dici solitum, ubi quis ea, quæ sunt per se pulcherrima, contaminat, admixtis iis, quæ sunt turpissima.

Bellerophontes literas.

Zenod.

Βελλεροφόντης τὰ γράμματα.

Subaudiendum, adfert, aut aliud aliquod. Locus erit huic proverbio, quum quis literas velut commendatitias perfert, quæ contra ipsum sint descriptæ. Vulgo literas Vriæ vocant. Plautus :

Tace, nullus homo dicit, hæ tabellæ te arguunt :

Quas tu attulisti, hæ te vinciri jubent.

Aha Bellerophontem jam tuus me fecit filius.

Egomet tabellas detuli, ut vincirer.

Ale luporum catulos.

In eos, qui læduntur ab iis de quibus bene meriti sint, aut in ingratos. Nam plerumque solet id usu venire illis, qui catulos luporum enutriunt.

Idem.

Phoci convivium. Φόκι ἐξῆρα.

Id est, Phoci præmium, sive convivium, dictitari suetum, ubi quis suo malo convivas acciperet. Ajunt Phoco cuiquam filiam fuisse nuptiis maturam. Is procos (nam erant complures) convocare solitus, præmia statuebat, & conditionibus subinde novis propositis, nuptias prorogabat. Quamobrem indignati juvenes Phocum in convivio trucidarunt.

Idem.

Puer glaciem. Ὁ παῖς κρύσταλλον.

Dicebatur in eos, qui quum retinere quippiam non possint, nolunt tamen amittere. Veluti si quis magistratum recusset deponere, cui gerendo sit impar.

Turdus ipse sibi malum cacat.

Κίχλα χέζει αὐτῆ κακόν.

In eos, qui sibi ipsis ministrarent exitii causam. Siquidem viscum, auctore Plinio, non provenit, nisi maturatum in ventre, ac redditum per avium alvum, maxime palumborum ac turdorum.

Terent.

Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum.

Verba sunt Phormionis parasiti, qui quoniam fuerat auctor consilii de ducenda puella, æquum esse putat, ut suo periculo rem item expediat. Translatum ab aliato rusticorum mortario. Idem : Colo quod aptasti,

ipsi

ipſi tibi nendum eſt. *Id eſt*, Tu incipiendi auctor exiſtiſti, nunc idem explices oportet.

Faber compedes quas fecit, ipſe geſtet.

Auſon.

Competit in eos, qui ſibi ipſis auctores ſunt malorum. Flagellum ipſe paravit, quo vapularet.

Ipſe ſibi mali fontem reperit.

Athers.

Sunt enim & pernicioſi fontes, quorum aqua guſtata mortem & infaniam adferat.

Bos aduerſus ſeipſum pulverem movet.

Bona.

Βὲς ἐφ' ἑαυτῶν κρηιείτω.

Zenod.

Dicetur, Vbi quis ad ſuum ipſius malum volens lubenſque ducitur. Nam boves facile ſe præbent vincendos.

Echinus partum differt.

Ἐχίνος τὸ τέκνον ἀναδύλλει.

Suida.

De iis, qui prorogarent quippiam ſuo malo. Veluti qui creditam pecuniam comperendinant, tamen aliquando reddendam vel majore cum fœnore. Ajunt echinum terreſtrem ſtimulata alio remorari partum, deinde, jam aſperiore ac duriore facto fœtu mora temporis, majore cruciatu parere.

Noſtris ipſorum alis capimur.

Τοῖς αὐτῶν πτεροῖς ἀλιſκόμεθα.

Athenæ.

Id eſt, Noſtris ipſorum pennis capimur. Fertur autem apologus hujusmodi: Aquilam iſtam ſagitta, cum inſpexiſſet jaculum ad imaginem pennarum affictum imitatumque, dixiſſe hæc: non ab aliis, imo pennis propriis capimur. Conveniet in eos, qui ipſi præbent occaſionem ſui mali.

Capra contra ſeſe cornua.

Ἡ αἴξ καθ' ἑαυτῆς τὰ κέρατα.

Ab apologo natum. Capra quæpiam quum eſſet jaculo vulnerata, circumſpectans undenam id mali ſibi adveniſſet, arcum contemplanſ caprinis cornibus compactum, dixit ad hunc modum: in meam ipſius perniciem produxi cornua.

Carpathius leporem.

Aristop.

Ὁ κερπίδιος τὸ λαγόν.

Dicebatur in eos, qui sibi rem noxiam accerferent. Hinc deductum adagium, quod cum in Carpathiorum insula lepores non essent, illi curarunt importandos alicunde. Verum ubi ejus animantis magna vis increvisset, ut est mira fœcunditas, fruges insulæ populari coeperunt.

Zenod.

Calidam veruti partem. Τὸ θερμὸν τὸ βέλγ.

Subaudiendum arripuit. Vbi quis per imperitiam negotii, ea parte rem aggreditur, qua minime tutum fuerat aggredi. Sumpta metaphora ab iis, qui per imprudentiam eam veruti partem manu deprehendunt, quæ caleat, deinde offensi rejiciunt, & alteram partem apprehendunt.

Cornix scorpionum. Κορώνη τὸν σκορπίον.

Subaudiendum, rapuit. Quadrat in hos, qui parant eos lœdere, unde tantundem mali sint vicissim accepturi. Quemadmodum cornix correpto scorpio, arcuata illius cauda vulnus accepit lethale, peritque.

Plautus.

Cornutam bestiam petis.

Qui illum laceffit, qui paratus sit retaliare injuriam.

Cicadam ala corripuisti.

Lucian.

Τέτρα πτερεῖ σωμαίληφας.

Cicadæ si presseris alas, vehementius etiam perstrepat: ita si poëtico homini præbeas occasionem similitatis, non modo non tacebit, sed clarius obstrepet, & omnem bilem chartis illinet atris. Proinde Plato admonuit, ne quis hominem poëtam sibi faciat inimicum. Et Horatius, Genus irritabile vatum, dixit.

Plautus.

Irritare crabrones. Τὰς σφηκιὰς ἐρεθίζειν.

id dictum est à poëta in mulierum ingenium, quibus iratis si repugnes magis provocas. Est autem crabro insecti genus, affine vespis, pertinacissimum, aculeoque pestilentissimo.

Suidas.

Octipedem excitas. Ὁκτώπων ἀνεγείρεις.

Nimi.

Nimirum scorpionum, cui pedes sunt octo, quem non nisi tuo periculo suscites.

Anagyrum comminosus. Ἀνάγυρον κίνεις. Aristop.

In eos, qui tibi ipsis malorum auctores essent. Anagyrum genium quendam existimant, qui propter violatum sacellum suum, vicinos omnes funditus evertit.

Suam irritat. Ὑπὸ δέινῳ. Diogen.

In avidum rixarum dicebatur. Sus enim agrestis provocatus, recta petit eum, à quo provocatus est.

Leonem stimulas. Τὸν λέοντα ὑπείκει. Idem.

Id est, Leonem pungis seu vellicas. De his qui potentem ac ferocem in suum ipsius exitium provocant.

Ipsa olera olla legit. Catull.

In eos quadrabit, qui suum ipsorum vitium in aliud quippiam rejiciunt: aut, qui sic ad scelus aliquod quasi facti sunt, ut non possint non peccare. Nam olla coquendis oleribus nata est, &c.

Fontibus apros. Floribus austrum. Virg.

Vbi quis optat nocitura. Vergilius:

Eheu, quid volui misero mihi? floribus austrum,
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.

Nam auster ventus floribus inimicissimus est.

Leonem radere. Λέοντα ξυρεῖν. Platon.

Dicuntur, qui feroces & prepotentes arte tractant, & illudunt magno suo periculo. Vsurpavit hoc adagium Socrates apud Platonem lib. de Repub. 1. negans se usque adeo dementem esse, ut leonem ausit tondere, & Thrasymacho homini præteroci illudere.

Nemo ladirur, nisi à se ipso. Diogen.

Nemini fit injuria, si eam existimet ad se non pertinere.

Arcadiam me postulas. Ἀρκηδίω μ' αἰτεῖς. Idem.

Convenit vel in magna vel inutilia petentem.

Eurycles. Εὐρύκλης.

Vulgato cognomine dicebatur, qui de se suisque incommodis aliquid divinaret. Hoc nomine vates fuit quis.

quispiam Ἐτασεῖωθ' cognominatus, hinc ni fallor, quod ex astris vera prædiceret, ὦχε τὸ ἐτάζειν.

Ipse sibi perniciem accersivit.

In eum, qui sibi pertinaciter accersit malum, cui veluti fato destinatus sit, congruet illud ex Homeri Iliad. v.

Τὸν δ' ἄγε μοῖρα κακὴ θανάτοιο τέλει δέ.

Id est, Istum mortis in exitium mala Parca trahebat.

Zenod. *Bœotis vaticinare. Βοιωτῆς μανθύσασιο.*

Abominantis est sermo, perinde ut dicimus: Hostibus ista vaticinare. Aptius dicetur in eum, qui tristitia vaticinatur, si quando precabimur, ut ea ipsius in caput recidant.

Ipse testudines edite qui cepistis.

Αὐτοὶ χελώνας ἐδίεθ' εἰπερ εἴλετε.

Id est, Qui prendidistis, iidem edite testudines. In eos dicitur, qui posteaquam inconsulte quippiam adorti sunt, aliorum implorant auxilium, quos suo negotio admisceant. Ex apologo quodam nata parœmia.

Hesych. *Oenoë charadram. Οἰνὸν τὴν χαράδρον.*

*Id est, Oenoë torrentis alveum. Charadra significat Græcis eam terræ fissuram quam aqua pluvia, aut torrens, nonnunquam terræ motus efficit. Dicitur solitum in eos, qui ipsi malum accerserent. Hinc nata parœmia, quod Oenoë vicus quidam sit Atticæ, quem qui incolebant, alveum quendam torrentis vicinum, suis finibus incluserunt: deinde ingruente immodica vi aquarum, & ob id corruptis agris, agriculationem perdidisse. Effertur adagium ad hunc quoque modum: Οἰναῖοι τὴν χαράδραν. *Id est, Oenæi charadram. Vbi quippiam accersitur ad commoditatem, unde pernicietas adfertur.**

Malum bene conditum ne moveris.

Vergil.

Μὴ κινεῖν κακὸν ὀκείμηνον.

Id est, Ne moveris malum bene conditum, sive quiescens. In eos, qui sua stultitia sibi turbas excitant.

Movere Camarinam, Κινεῖν τὴν καμαρίνην.

Est.

Est sibi ipsi malum accersere. Camarina palus est juxta oppidum ejusdem nominis, quæ siccata pestilentiam creavit, &c.

Pyrausta interitus. Πυραύστῃς μύρῳ.

Zenod.

In eos dicebatur, qui sibi ipsis exitium accersunt. Ait enim Zenodotus pyraustam insectum esse, quod lucernis advolet, atque ita exustis alis concidat, pereatque.

Ipsa cratere.

Ipsa cratere contingant mala. Dicitari solitum de iis, in quos recidit, quod per insidias in alios moliebantur. Craterem enim quasi malorum fontem vocant. Unde κρητὴρ κακῶν. Id est, Crater malorum.

Docui te urinandi artem, & tu me vis demergere.

In eos quadrat, qui benefacta malefactis retaliant.

Facem bibat, qui vinum bibit.

Aristopi

Qui fruitus sit optimis, eundem boni consulere debere deteriora. Aristoph. in Plut.

Ὅμως δ' ἐπειδὴ καὶ τὸ οἶνον ἡξίεσ.

Ἦνεὶν, αὐθενποτέον ὄζειν τιμὴν ἡξίεσ. Id est,

At ubi haud gravatus bibere vinum es, fax item

Tibi nunc eidem est ebibenda scilicet.

MALVM MALE VITATVM.

Fumum fugiens, in ignem incidi.

Καπνὸν γὰρ φύγων εἰς τὸ πῦρ ἀειπέσον.

Lucian.

Dum vito fumum, flammam in ipsam decidi. Horat.

In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte.

Evitata Charybdi, in Scyllam incidi.

Τὴν Χάρυβδι ἐκφυγὼν, τῇ Σκύλλῃ ἀειπέσον.

Dum vito gravius malum, in alterum diversum incidi. Sumptum adagium ab Homericæ fabula, quæ narrat Ulyssæm, dum metu Charybdis propius ad Scyllam navem admovet, sex e comitum suorum numero perdidisse.

Ne cinerem vitans in prunas incidas.

Apostel.

Μὴ

Μὴ τέφραν φεύγων εἰς ἀνθρακίαν πέσης.
Id est, Ne cinerem fugiens, in carbonariam incidas.

*Cucurrit quispiam, ne pluvia madesceret, &
 in foveam profocatus est.*

Vbi quis levius malum incautius fugiens, in maximum incurrit.

MALVM IMMEDICABILE.

Zenod.

Chironium vulnus. Χειρῶνειον ἔλκος.

Immedicabile malum, appellabant. Chiron in bello adversus Centauros ictus ab Hercule, vulnus immedicabile accepit in pede, unde periit.

Podex lotionem vincit.

Vide, Ingenii malitia.

Aristop.

Acesias medicatus est. Ἀκείσιος ἰάσασθε.

Dici solitum de re, quæ semper vergeret in deterius, quoque magis accuraretur, hoc pejus haberet. Occasionem adagio dedit Acesias quidam medicus imperitus.

Plutarc.

Non liberat podagra calceus.

Plutarchus: Οὔτε ποδάγρας ἀπαλλάττει καλτήκη, ἔτε δακτύλιος πολυτελής παρονοχίας, ἔτε ἀξόδημα κεφαλαλγίας. *Id est, Nec podagra liberat calceolus, nec pretiosus annulus unguium vitio, nec diadema capitis dolore. Plutarchus utitur ad hunc modum: Si divitiarum reliquaque fortunæ munera non tollunt morbos corporis, quanto minus mederi possunt animi malis?*

MALVS VICINVS.

Aristot.

Salsuginosa vicinia. Ἀλμυρὸν γειτόνημα.

De sterili, agresti, atque inhumana vicinia dicebatur. Traductum ab agris mari finitimis, qui plerunque solent ad culturam inhabiles esse.

Plautus.

Aliquid mali propter vicinum malum.

Admonet ut bonorum convictum & consuetudinem expe-

expetamus : à malis nos, quam maxime possumus, abducamus.

Si juxta claudum habites, subclaudicare disces.

Αἰνὸν χωλῶν παροικίῃσιν, ὑποσκοῦζειν μεγάλῃσιν.
Proverbium admonet periculofam improborum hominum consuetudinem vitandam.

M A N S V E T V D O.

Maetata hostia lenior.

Horat.

Horatius. Maetata veniet lenior hostia. De spontaneis ac mansuetis. Sumpsum est à sacrificiis, in quibus explorabatur hostia, ducto per frontem cultro. Idque maetare vocabant. Vnde qui spectata sunt virtute, eos maetos virtute vocant.

Auricula infima mollior.

Cicero.

Tullius usurpat in Epistolis. Translata metaphora ab ea auriculæ parte, qua non est aliud in humano corpore mollius aut flexibilius.

Sedens columba. Η' μὲν πειραιάς.

Suidas.

Suidas indicat dici solitum de supra modum mansuetis ac simplicibus. Nam columbæ quum avolant, fallunt cæteras pernitate volatus : quum sedent, nihil mitius ac simplicius.

Spongia mollior.

Ad eandem formam dicebatur : Pepone mollior. Mitior malva. Item : Cinædo mollior. Prisci saltatores & pantomimos cinædos vocabant.

Apio mollior, aut mitior. Α' πῖς περαιτέρος. Theocr.
Id est, Apio mitior. Est autem apius Græcis raphanus, aut pyri genus.

Oleo tranquillior.

Plautus.

In homines minime iracundos, lenique ingenio præditos. A liquoris natura sumpta hyperbole : quo nihil magis lene.

Mitior columba. Προότερος πειραιάς. Diogen.
Id est, Mansuetior columba. Columbina simplicitas ubique laudatur. Cera

Cera tractabilior. Κηρὲς δ' ἄσπιλαίεσσι.

De vehementer docili dicebatur, aut de ingenio facili tractabilique, & in quemvis habitum sequaci. Horat.

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper.

M E M O R I A.

Jucundi acti labores.

Cicero.

Ex ipsa hominum natura sumptum adagium. Est enim hoc insitum omnibus, ut jucunda cuique sit anteaactorum malorum, aut periculorum secura recordatio, commemoratioque praesertim insignium fatalium.

Amphio.

Qua dolent, molestum est contingere.

Vnusquisque invitus audit sua incommoda, maxime ea quae sint cum aliqua infamia conjuncta. Velut turpitudinem generis, vitium formae, &c.

Vbi quis dolet, ibidem & manum habet.

Plutarc.

Ὅπου πῶς ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ τὴν χεῖρ' ἔχει.

Id est, Vbi quis dolet, ibi & manum frequens habet. Tempestiviter utemur, quum significabimus quempiam ea tractare deque iis libenter verba facere, quae movent animum. Plutarchus huc torquet: ubi quid sive dolet, sive delectat, ibi quisque linguam habet.

Virgil.

Aurem vellere.

Aurem vellere veteres dicebant admonere: à prisco ritu sumpta figura, quo in jus ducturi quempiam aurem vellicabant, attestantes eum quem quasi testem meminisse volebant.

Jucunda malorum praeteritorum memoria.

Ἀλλ' ἠδὲ τ' ὄσω γένεαι μεμνηῶδες πόνων.

Id est, Meminisse laborum suave, qui servatus est.

Seneca.

Ignarium dare.

Stimulis rodere: Fodere latus: Tangere aliquem cubito. His gestibus admonemus, quemadmodum & vellendo aurem. De lapide pyrite tractum, quem alii vivum, nonnulli ignarium vocant. Plura quare loco, Incitare.

Tanquam meum nomen, tanquam digitos. Martial.

Tanquam meum nomen & tanquam meos digitos teneo, si quando promptam, certamque memoriam significare volumus. Martialis:

Totis diebus Afer hæc mihi narras,
Et teneo melius ista, quam meum nomen. Juven.
Tanquam ungues, digitosque suos.

METVS EX CONSCIENTIA.

Fures clamorem. Οἱ φῶρες τὴν βολῶν.

Subaudiendum, timent aut senserunt. Quadrabit in eos, qui sibi conscii, metuunt ne deprehendantur. Habet hoc autem cum omnis malefacti conscientia, tum præcipue furti, ut hominem trepidum reddat ac lucifugam.

Lupus aquilam fugit. Λύκος ἀετὸν φεύγει. Diogenes

Vbi periculum imminens evitari non potest. Aquilam enim, alata quum sit, frustra lupus fugit.

Lupus ante clamorem festinat.

Λύκος ὡτὸν βοῆς ἀκούει. Idem.

Vbi quis admitti conscius, ultro timet, priusquam accusetur.

Conscientia mille testes. Quintil.

Heu quam difficile est crimen non prodere vultu. Sensus interprete non eget.

M E T V S P O E N Æ.

Funiculum fugiunt miniatum.

Τὸ χονεῖον φεύγουσι τὸ μεμιλιωμένον. Aristot.

Id est, Vitant Sinopi collitam restim rubra. Apte dicitur, ubi quis properat officio suo fungi, non ex animo, sed ne in mulctam incidat. Atheniensum magistratus funem parant, rubro colore, (quem minium vocant Latini; nonnulli cinabarim appellant) oblitum. Hoc duo ministri publici populum cingentes agebant in concionem. Studebat quisque funiculum effugere, propterea quod quisquis colore notatus appare-

appareret contagio funis, is multam pendere cogebatur.

Cicero.

Manum de tabula.

Marcus Tullius in epistola quadam: Heus tu manum de tabula: Magister adest citius, quam putaramus. Peculiariter conveniet in scriptores plus satis accuratos, & morosæ cujusdam diligentia, qui sine fine premunt suas lucubrationes, semper aliquid addentes, adimentes, immutantes, &c.

Pythag.

Metus infamie.

Cum dicemus nos hominum de nobis opinione rumoribusque commoveri, quo minus mutemus consilium, conveniet illud Homeri:

Αἰδέομαι τροῶας κὶ τροάδας ἔλκει πέπλος.

Trojanos ac Trojanas vereorque pudetque.

Absque baculo ne ingreditor.

Horat.

Ἄνδρ' ξύλα μὴ βιάδιζε.

Id est, Absque ligno ne ingrediare. Inermis ne sis, verum semper ad manum sit, quo depellas, si quis forte quærat lādere.

Homer.

Cautus enim metuit.

Qui non ex animo, sed mali metu continent à maleficio, in eos quadrabunt hæ metaphora:

Cautus enim metuit foveam lupus, accipiterque
Suspectos laqueos, adopertum milvius hamum.

In tempore cavenda pœna mali.

Quoties admonebis, ut multo ante occurratur malo, priusquam opprēsserit nos: aut cessandum à peccando, priusquam ingruat divina vindicta, usui erit illud Homeri:

Ἀλλὰ πολὺ πρὶν

Φραζώμεσθ' ὥσπερ καταπαύσουμεν. Id est,

Verum ut multo ante modum finemque velimus
Ponere.

Saniorum mala metuis.

Τὰ Σαμίων ὑποπίδεις.

Diditatum de iis, qui metuerent proditionem. Nar-
rant,

rant, Athenienses olim in Samios, quoscumque cepissent, inclementius sæviisse atque alios interemisse, alios confixisse fama: id est supplicii genus. Samii vicissim, si quos cepissent Atheniensium, hos ad eundem modum cruciabant.

Volam pedis ostendere. Τὸ κούλον ἔ ποδὸς δείξαι. Hesych.
Id est, Cavum sive volam pedis ostendere dicuntur, qui in bello fugiunt. Dicitur & vulgo in fugaces, calcaneum ostendere. Vertere terga, apud historicos.

Περίτειμμα.

Περίτειμμα probrose dicitur, qui sese per omne reum genus volvit. In molles & meticulosos.

M I N A N T I S.

Et meum telum cuspidem habet acuminatam.

Recte utimur, quoties fatebimur nos inferiores quidem esse, verum non deesse tamen, quo queamus nocere. Ovidius:

Et mihi sunt vires, & mea tela nocent.

Si tibi machæra est, & nobis urbina est Plautus.
domi.

Plautus in Bacchidibus: Quoties malum malo opponitur, Nam machæra & urbina utrumque teli genus est, Simillimum illis: Par pari; &, Malo nodo malus quarendus cuneus.

Æacidine mina.

Non sine proverbii specie dictum est, pro atrocibus ac superbissimis minis. Idem.

Ψυδύπυρα οἶον τὰ σά.

De minis ac terriculis inanibus, aut cum ostenditur arte periculum, cum re nullum sit periculum. Translatum à militari astutia, qua fit ut ad territandos homines noctu diversis locis ignes accendant, ut ingens exercitus esse credatur. Eos ignes assimilatos *Ψυδύπυρα* vocant.

Complurium thrriorum ego strepitum audiivi.

Πολλῶν ἐγὼ θείων ψόφου ἀκήνησα.

Aristop.

Id est,

Id est, Thrionum ego strepitum audiî complurium. Senarius est proverbialis, quo minas & inanem clamorem nos contemnere significamus. Porro *Θεία* à Græcis dicuntur ficulnea folia, quæ cum incenduntur, minacem quendam edunt strepitum.

Suidas.

Ollam alere. Χύτρω τρέφειν.

Dicebantur, qui metum ostenderent, quo deterrent quempiam. Veluti si quis præsidium alicubi collocatum habeat, quo minus vicini res novas moliantur. Sumptum à more civitatis Atheniensis, in qua ollas in tectis disponere consueverunt, ad deterrendas ululas, quarum illic maxima vis. Nam ollarum strepitum omne genus avium reformidat.

Ferrum & flamma.

Cum exitiabile bellum significamus, ferro, flammæque rem geri dicimus, sive ferro ignique.

Cicero.

Igni ferroque minari.

Qui extremam denuntiant inimicitiam, igni ferroque minari dicuntur. Venustius erit, quoties ad animi res transfertur: Veluti si quis dicat philosophos cuiquam igni ferroque minitari, quod in eum parent atrociter scribere.

Aristop.

Tolle calcar. Αἶρε τὸ πλῆκτρον ἀμμουλήερον.

Id est, Tolle calcar ultorium. In eum dici solitum, qui jam ultionem parat. A gallis metaphora sumpta pugnam inituris, quibus ferrei stimuli quidam alligari solent, quo se tueantur inter certandum.

Homer.

Qui paratus ad resistendum.

Qui significare volet, se nequaquam detrectare certamen, sed abunde suppetere, quo partes tueatur suas, usurpabit illud ex Iliad. v.

Τῷ μοι δ' ἐρχτά δει καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσι,

Καὶ κόρυθες καὶ δώρητες λαμπρὸν γανῶντες.

Et mihi sunt hastæ teretes, clypeique rotundi,

Tum galeæ, tum thoraces procul igne micantes.

Ne mihi vacuum abstergas.

Theocr.

Μὴ μοι κενεὸν δῶπο μὲ ξηρῆς.

Sub-

Subaudiendum autem *γνώδον, χεῖρα*, aut simile quiddam. Apparet esse comminantis, aut timentis alapam.

M I R A N O V A.

Agamemnonei putei. Ἀγερμενονεία φρέαζα. Zenod.

De novis & admirandis operibus dicebatur. Ajunt etenim Agamemnonem & circa Aulidem, & passim in omni Græcia puteos effodisse, ne per æstum aquarum inopia laborari posset.

Annus clibanum. Ἄννῳ κλίβανον.

Suidas.

In eos olim dicebatur, qui novæ quippiam rei reperissent. Nam Annus quidam Ægyptius clibanorum usum, in quibus panes coquerentur, fertur excogitasse. Siquidem prisca pulte polentaque victitabant, cocti panis usum nescientes.

Cyziceni stateres. Κυζικηνῶν στήρες.

Idem.

Videtur fore locus proverbio, cum hominem significamus inæqualem, ac sui dissimilem: aut, qui longe aliud agat, quam præ se ferat. Quemadmodum nummi Cyziceni ex uno latere Cybelen ostendebant effœminatam, ex altero leonem.

Cornicum oculos configere.

Is videtur cornicum oculos configere, qui perspicacissimis, oculatissimisque visum adimat, offundatque tenebras: aut quisquis ea, quæ antiquitas magno consensu approbavit, damnare, ac rescindere, convellereque conetur: aut novo invento veterem eruditionem obscurare.

Ἀπὸ ἀκροφυσίαν.

Proverbialiter dicebatur, pro eo quod est, recens ab officina profectum, perinde quasi modo productum à follibus, arariaque fornace.

Glaucci ars. Γλαύκε τέχνη.

Zenod.

Convenit vel in opus celeriter absolutum, vel in id, quod est arte summa, summaque cura elaboratum. Quidam ortum existimant à Glauco quodam Samio. Alii à Lybico quodam, &c.

Horat.

Tenui filo.

Pro stylo subtiliori, minusque grandiloqua oratione: nam Rhetores tres faciunt orationis *χερακίπρας*: grandem, tenuem, & mediocrem. Sumpta metaphora à nentibus, aut certe à textoribus. Horatius: Tenui deducta poemata filo. Cui diversum erit, Crassa filo, Crassiore filo.

Plautus.

Agas asellum.

Fortasse legendum, agaso asellum. Atque ita sensus erit, unumquemque facere, quæ se digna sint. Depotant nepotes, decoquit lurco, digladiatur miles, pejerat leno.

Strabo.

Magna civitas, magna solitudo.

Quadrabit in urbes aut domos, agros aut hortos, aut id genus quippiam, amplum quidem & spatiosum, sed parum excultum. Aut in librum ingentem quidem, verum impositum & illimatum.

Pericles.

Ad id quod erat opus. Εἰς τὸ θεῖον.

Id est, in id quod erat opus: Subaudiendum, insumpsi, aut simile quiddam. Natum ajunt ex oratione Periclis. Narrant hunc datis pecuniis impetrasse ab Astyanacte Lacedæmoniorum rege, qui jam bellum parabat, ut ex Attica discederet. Deinde cum esset populo rationem ejus pecuniæ redditurus, puderetque palam titulum insumptæ pecuniæ proloqui, tecte significavit, *εἰς τὸ θεῖον*, inquiring, *Ἀνδῶσα ποῦνται τάλαντα εἰς τὸ θεῖον*. *Id est*, In usus necessarios tantum talentorum insumpsi. Eleganter per jocum torquebitur in eos, qui sic administrarunt pecuniam alienam ut non possint idoneam rationem reddere.

Plutare.

Cercyræa scutica. Κερκυραῖα μάστιξ.

Id est, Cercyræum flagrum. De re supervacaneo cultu ornata. Quadrabit & in ea, quibus ornatus additur neutiquam decorus & congruus. Cercyræis, quoniam crebris seditionibus agitabantur, mos erat, gestare flagra ingentia, ansis eburneis exornata.

Facit item ad hunc locum alibi adductum:

Carcini poemata.

M I X T A.

Πεντάπλοον.

Athenæ.

Athenæus lib. xi. commemorat poculi genus, quod olim πεντάπλοον dicebatur, quod in publicis ludis adhibebatur. Ephebi quidam cursu contendebant Athenas. Currebant autem gestantes viteum ramum onustum fructu, qui dicebatur ὄχθ, initium cursus erat à templo Bacchi usque ad templum Palladis, cui cognomen Σκιρράς. Victor in eo certamine capiebat calicem dictum πεντάπλοον, atque ita tripudiabant in chorea. Nomen inditum calici, quod in eo quinque rerum species essent commixtæ: vinum, mel, caseus, farina & paululum olei. Accommodari poterit ad orationem ex variis argumentis confarcatam.

Copia cornu.

Vide, Bona fortuna.

Centones.

Vide adagium: Farcire centones.

MODESTIA, MODVSQVE.

Demittere sese ad aliorum mediocritatem.

Ubi quis moderatur data opera vires suas ad aliorum mediocritatem. Veluti si quis præceptor tradat auditoribus, non quantum ipse docere possiet, sed quantum illi capere, conveniet illud Homeri:

Ἡ δὲ μάλ' ἠνιόχθεν ὄπως ἀμ' ἐποίητο πεζοί,
 Ἀμφὶ πολλοῖτ' ὀδυσβῆς τε, νόω δ' ἐπέβαλλεν ἰμείσθλων.
 Id est,

Hæc ita lora regens, pedes ut comes iret Ulysses.

Tum comitum quoq; turba modo rationeque certa

Instigat scutica.

Nosce te ipsum. Γνώθι σεαυτὸν.

Plato.

In quo modestiæ, mediocritatisque commendatio est, ne nobis vel majora, vel etiam indigna sequamur.

Juvenalis: E cœlo descendit, γνώθι σεαυτὸν.

In sese descendere.

Est sua ipsius vitia quempiam inspicere. Persius:

Ut nemo in sese tentat descendere, nemo :
Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

Plinius.

In tuum ipsius finum inspuere.

Jubet hominem aliena vitia taxantem, in suum ipsius finum inspuere.

Athenæ.

Ter abstergere.

Refert Athenæus lib 1. priscos ad depellenda mala solitos ter abstergi.

Τεῖς δ' ἀπομαξαμένοισι θεοὶ διδάσιν ἀμεινον. Id est,
Ter vero absterfis, melius bona numina donant.

Secum vivere.

Confine est cum illo : Tecum habita.

Cicero.

Contrahere vela.

Pro eo quod est, reprimere sese, & cautius agere. Sumptum est à nautis qui vehementius spirante vento vela contrahunt, quo tutius navigent. Vento languidiore pandunt, captantes auram.

Porphyr.

Intra tuam pelliculam te contine.

Quo vetamur obliti fortis nostræ, majora conari, quam pro nostra facultate. Id sumptum ab asino illo Cumano, quem apologi fabulantur adaptasse sibi leonis exuvium, atque ita sese ad tempus pro leone gessisse. Martial.

Lusisti, inquit, satis est, sed te, mihi crede, memento
Intra pelliculam cerdo tenere tuam.

Persius.

Tecum habita.

Persius: Tecum habita, & noris quam sit tibi curta suppellex. id est, Domi tuæ vivito, ut intelligas quam tenuis sit fortuna tua.

Mautus.

Efficimus pro nostris opibus mœnia.

Vulgo dicitur hodie : Pusillæ aviculæ pusillos nidulos construunt.

Plutare.

Manu serendum non thylaco.

Τῆ χειρὶ δεῖ ἀπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλω τῶ θυλάκω.

Manu sementem facere oportet, non autem tota corbe. Modus in omni re servandus. Ductum ab agricolis.

Terent.

Ita fugias, ne præter casam.

Terent.

Terent. in Phorm. Donatus ad hunc modum enarrat: Ita fugito ne tuam casam prætermittas, quæ sit tibi tutissimum receptaculum. Quidam enim calore fugiendi etiam ea prætercurrunt, ubi commode poterant quiescere. Quod unica voce Græci $\omega\lambda\eta\rho\epsilon\delta\tau\eta\iota$ vocant.

Arabius tibicen. Α' ράβι. Θ ωλητής.

Menan.

Id est, Arabius tibicen. In eos dici solitum, qui à se-
mel coeptis nunquam desistunt. Quod vitii Flaccus
cantoribus peculiare esse scribit.

Ne vities musicam.

Μὴ κικέρεγῃ τῶν μουσικῶν.

Plutarc.

Id est, Ne loquaris discrepantia, ne nova moliaris.

Nihil minus expedit, quam agrum optime co- Plinius.

lere.

Admonet adagium, modum rerum omnium utilissi-
mum. Bene colere necessarium est; optime, damno-
sum. Terent. in Phorm. Nostrapte culpa facimus, ut
malos expediat esse, dum nimium dici nos bonos stu-
demus & benignos.

Ne quid nimis. Μηδὲν ἄγαν.

Terent.

Homerus Odyss. ο.

Νεμεδῶμαι ὃ καὶ ἄλλω

Ἄνδρ' εἰ ξεινοδοκῶ ὅς κ' ἔξοχα μὲ φιλέησιν.

Ἐξοχα δ' ἐχθαίρησιν, ἀμείνω δ' αἰσιμα πάντα.

Mihi nequaquam is placet hospes,

Qui valde præterque modum simul odit amatque:

Sed puto rectius esse ut sint mediocria cuncta.

Dimidium plus toto. Πλέον ἤμισυ πεινῶς.

Quo commendatur aurea mediocritas. Siquidem qui
dimidio contentus est, is in medio consistit.

Ubi præveris impera. Πασάμην Θ ἐπίτασσε.

Id est, Præcipito postquam satiaveris esca. Ad eum
modum respondent mulieres cuiquam objurganti,
quod loquaciores essent, & silentium imperanti. Con-
veniet ubi quis imperiosior est in eos, de quibus ni-
hil est meritis.

Seneca.

Domus recta.

Seneca domum rectam vulgo vocat, non quidem opulentam & ambitionam, sed cui nihil desit iusta suppellectilis.

Neque Lydorum carycas.

Suïdas.

Μήτε Λυδῶν κάρυκας μήτε μεγίστων ψόφους.

Id est, Neque Lydorum condimenta, neque flagrorum crepitus. Dicitur solitum, quoties mediocrem vitæ rationem aut conditionem significarent, quæ pariter & à summis deliciis, & ab extremis malis abessent. Venustius erit, si ad animi res transferatur, velut ad orationem, nec omnino rusticam, nec operosius ex-politam.

Theocr.

Neque pessimus neque primus.

Mediocris hoc pacto significare licebit ἔτε κακί-
μυς, ἔτε ωρεῶτ, *Id est*, Neque pessimus, at nec primus. Lepidius fiet, si ad ingenii laudem transferatur.

Furor abrumperet nimium tendendo.

Ἀπόρρηγίσεται τεινόμενον τὸ κελώδιον.

Id est, Abrumpetur tensus funiculus. In eos, qui dum extrema experiuntur, alienant à se eos, cum quibus agunt, & universæ rei jacturam faciunt, dum plus satis attenti sunt ad lucrum. Furor fit læsa sapiens patientia. Huic simile: Qui nimium emungit fortiter, elicit sanguinem. Seneca: Bonus animus læsus gravius multo irascitur.

Ne supra pedem calceus.

Lucian.

Μὴ ὑπὲρ τὸ πῶδον τὸ ὑπὸδημα.

Id est, Ne ultra pedem calceus, id est, ne majora viribus suscipias: Aut ne magnificentius te geras, quam pro tua conditione.

Persius.

Messe tenuis propria vive.

Sumptum facito pro modo facultatum tuarum. Ab agricolis traductum, qui sumptus annuis agrorum proventibus metiuntur. Ad eandem sententiam pertinet: Tuo te metire pede, Horatius.

Incu-

lucundissima navigatio juxta terram, ambulatio juxta mare.

Πλῆξτε μὴ ὁ ἀπὸ γῆς, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ ὁ ἀπὸ
θαλάσσης ἡδίστη.

Id est, Navigatio juxta terram, rursus ambulatio, quæ juxta mare, jucundissima est. Recte torquebitur ad eam sententiam, ut dicamus, ita demum esse jucundissimum unumquodque, si diversi generis admixtu temperatum adhibeatur, veluti si in lusibus nonnihil eruditionis aspergas, rursus in studiis aliquid ludicrum admisceas.

lucunda rerum vicissitudo.

Μετρωσολὴ πάντων γλυκὺ.

Aristot.

Id est, Jucunda rerum omnium vicissitudo. Varietas enim tantam in omni re vim habet, ut commendatione novitatis, interdum & pessima optimis placeant.

Iniquum petendum, ut æquum feras.

Quintil.

A negotiatoribus ductum videri potest, qui callide merces longe minoris licentur, & multo pluris indicant, quam pro dignitate, quo pretium saltem æquum accipiant. Jactatur & vulgo verbum hujusmodi. Qui annititur, ut auream quadrigam sibi comparat, unam certe rotam assequetur.

Summum cape, & medium habebis.

Ἄκρον λάβε καὶ μέσον ἔξεις.

Zenod.

Id est, Summum cape, & medio potieris. Admone-mur ad res summas, & egregias eniti. Sic enim futurum ut ad mediocritatem perveniamus.

Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.

Horat.

Horatius in Sermon. Dicendum vel in duos aliquos diversis laborantes vitiis, vel in eundem sui dissimilem: nempe modo loquaciorem quam sat sit, modo impendio taciturnum: interdum pueriliter ineptum, interdum Catone severiorem. Siquidem ut vitio dandum, si quis hircum oleat: ita adeoque vituperandum,

416 MOLESTI, INTOLERABILES.
dum, si quis oleat unguenta. Nam pastilli sunt pillu-
la unguentaria. Alterum spurci est, alterum mollis.

Arcus tensus rumpitur.

Plutarc. Τόξον μὲν ὡς φασὶν, ἐπιτεινόμενον ῥήγνυται, ψυχὴ
δὲ ἀνιερῆ.

Arcus quemadmodum ajunt, cum intenditur, rumpi
solet: contra animus, cum remittitur.

Columel. *Oportet agrum imbecilliozem esse.*

Columella libro I. cap. III. Oportet agrum imbecil-
liorem esse, quam agricolam. Hoc ænigma sic expli-
cuit Virgilius, specie non minus proverbiali: Lauda-
to ingentia rura, Exiguum colito. Nec dubium quin
minus reddat laxus ager non recte cultus, quam an-
gustus eximie. Conveniet in eos, qui suscipiunt mu-
nus, cui gerendo sunt impares.

MOLESTI INTOLERABILES.

Ferire frontem.

Qui supra modum & impotenter indignantur, fron-
tem ferire dicuntur.

Plinius. *Lippo oculo similis.*

Video quosdam his moribus, ut eos æquo animo fer-
re non queas: rursus ita industrios & ad obsequium
expositos, ut quoties sese offert occasio, non possis
cavere, quin aliquid illis committas.

Cicero. *Ne bestia quidem ferre possent.*

Proverbialis hyperbole est, apud M. Tullium, qui idem
in Catil. his verbis exprimit: Ne pecudes quidem mi-
hi passura esse videantur.

Tota hulcus est.

Conveniet in hominem molestis moribus.

Homer. *Improbitas musca.*

In improbum & subinde redeuntem, etiam si turpiter
repellatur, quadrabit illud Homeri ex Iliad. 5.

Καὶ οἱ μὲν δάροσ' ἐνὶ στήθεσσι κήκεν.

Ἦτε καὶ ἐρχομένη, μάλα παρ' ἑγὼς ἀνδ' εὐρυόμοιο

Ἰζανάα δακίειν.

Atque

Atque illi muscæ vim intra præcordia misit,
 Quæ quamvis de pelle viri sit sæpe repulsa,
 Assultat morsura tamen.

Onus navis. Α'χθ@ νεώς.

In inertes & inutiles. confine illi: Telluris inutile pondus.

Quos non tollerent centum Ægyptii.

Οὐς σὺν ἄραιν' ἄν εἰδ' ἐχέον Α'ιγύπτιοι.

Homer.
 Eudem.

Id est, Quos auferre nec centum queant Ægyptii. De molestis dici solitum, ac moribus intolerandis, seu fastu præturgidis. Inde ductum, quod Ægyptii plerique gestandis oneribus quæstum non satis honestum facititare consueverunt.

Ægyptius laterifer.

Αιγύπτι@ πλινθόφορ@.

Suidas.

Id est, Ægyptius laterum gestator. Quadrare videtur in sordidum atque infimæ sortis hominem: aut in eum, qui molestis negotiis premitur. Argumento est, quod Hebræi, quum apud illos agerent, adacti sunt luto lateribusque gestandis, servilem operam præstare Pharaoni. De mulis Marianis alibi reperies.

In culmo arare. Ε'πὶ κελεύμενος ἄρῃν.

Idem.

Id est, In stipula arare: dicuntur, qui labore nunquam intermissio vim mentis exhauriunt: aut qui nunquam desinunt ab amicis petere, quod dent. Sumpta metaphora à nimium avidis agricolis, qui assidua cultura succum omnem foli exhauriunt, statim à messe novam ingerentes sementem.

Qui conturbat omnia.

Homer.

In eum, qui maximas undique ciet turbas, apte torquetur illud Homeri.

Πάσαι δ' ὀρέθωνεν ἀέλλας

Παντοίων ἀνέμων.

Omnes omnigenum ille procellas

Ventorum ciet.

Anno senior fio.

Quoties aliquid nobis magnopere molestum significamus,

camus, senescere nos etiam vulgo dicimus. Homerus indicat tædio molestiaque conciliari senium :

Αἴψα γὰρ ἐν κακότητι βροτὶ καταγροσίσασσι.

Illico mortales inter mala multa senescunt.

Vt fici oculis incumbunt.

Suidas.

Ὡσπερ τὰ σύγκα ἐπὶ τὰς ὀφθαλμούς ἐφύ.

Id est, Quemadmodum fici oculis innati. De iis dicebatur, qui pertinaciter urgerent, premerentque negotium aliquod. Sumpta similitudine à ficis, hoc est, vitio quod oculis adnascitur, nec facile potest avelli oculo incolumi. Accommodabitur haudquamquam inepte in principes, optimates, & in mendicantes, &c.

Aristop.

Ἄγασσι καὶ φέρασσι.

Pro eo quod est, hostili more populantur, aut vexant. Translatum videtur à more militari, quod illic homines & jumenta aguntur, sarcinæ feruntur.

Zenod.

Μανιῶρο ὑνικυλοῦ. Χειροβρώπι δεσμοῖ.

Sic quispiam appellavit manicas vestium Ponticorum, quod manus offendant, atterantque.

Plautus.

Athos celat latera Lemniae bovis.

Ἄθος καλύπτει πλάγῃ Λημνίας βοός. *Id est,*

Athos obumbrat latera Lemniæ bovis.

Ubi quis officit aut molestus est, aut gloriam cujuspiam obscurat, aut alioquin obsistit. Tradunt, in Lemno bovis fuisse simulachrum ingens, candido factum lapide. Id Athos mons tamen si longo dissitus intervallo, tamen ob summam celsitudinem, obscurat umbra sua.

Gellius.

Ætna, Athon.

Ætnam & Athonem montes, in molestiæ, tædiique proverbium abiisse, Lucilius testatur: Ætna mons Siciliae, crebris incendiis gravis & perniciosus est accolis. Unde M. Tullius dixit, onus Ætna gravius. Athon vero, ob ingentem celsitudinem umbra est molestus, quam in Lemnum usque trecentis dissitam stadiis mittit.

M V L T I.

Non una vehit navis, Οὐ μία ναῦς ἄγχι. Theogn.

Quo convenit uti, quoties majorem hominum multitudinem significamus, quam ut eos una navis possit capere. Veluti si dicas: indoctos non una navis vehit.

Pueri senesque.

Plato.

Omnes ferme hujusmodi figurae proverbiales sunt, quae constant ex contrariis. Maximi minimique: Juvenesque senesque: Diis atque hominibus: sacra profana: fas nefas: fanda infanda. Horatius:

Parvi properemus & ampli.

M V N E R V M C O R R U P T E L A.

Argentanginam patitur.

Ἀργυροχλω πάχῃ.

Plutarc.

Natum à Demosthene pecunia corrupto, ne contra Milesiorum legatos diceret. Quum res foret agenda, Demosthenes multa lana collo circumvoluto in concionem prodiit, fingens sese *συνάχλω*, Id est, anginam pati, neque per morbum posse dicere. Quod sentiens è populo quispiam, exclamabat, eum non *συνάχλω*, sed *ἀργυροχλω* pati.

Bos in lingua. Βῆς ἐπὶ γλώττης.

Plinius.

In eos, qui non audent libere, quod sentiunt, dicere. Translatum à robore animantis, quasi linguam opprimens non sinat eam eloqui: Vel hinc, quod Atheniensium numisma quondam bovis obtinuit figuram.

Bovem in faucibus portat.

Βῆς ἐπὶ γνάθῳ ἔρδ.

Gellius.

In edacem olim dicebatur. Natum uti conjicio, vel à Theagene athleta Thasio, vel à Crothoniata: quorum alter bovem solidum solus comedit, alter in Olympiis taurum quadrimum humeris sustulit, ac stadii spatio gestavit, eumque eodem die solus comedit. Cujus rei meminit Aulus Gellius.

Eupi illum priores viderunt.

Virgil.

In raucum dicitur, & cui vox repente sit adempta. Festivius dicitur in eos, qui metu alicujus obticescunt, alioqui feroces. Vergilius in Ecloga Mœris: Vox quoque Mœrin Jam fugit ipsa: lupi Mœrin videre priores. Servius refert inesse eam vim lupis, ut si quem hominem priores viderint, ei vocem adimant.

Diogen.

Malis ferire. Μήλοισ βαλλειν.

Id est, Malis petere dicuntur, qui munerib. assequi student, quod optant, aut qui donis provocant ad amorem mutuum. Ducta est allegoria à fabula Atlantæ, quam Hippomenes cursu superavit, sed arte, projectis inter currendum malis aureis, in quibus sublegendis, dum puella subinde remoratur, præcessit ac vicit juvenis.

Ovid.

Muneribus vel dii capiuntur.

Ovid. Munera, crede mihi, capiunt hominesque deosque:

Placatur donis Juppiter ipse datis.

Celebratur & hic versiculus quem etiam usurpavit Pláto:

Δῶρα θεῶς ποιεῖσθαι ἢ αἰδέεσθαι βασιλῆας.

Dum dives flectunt venerandos munera reges.

Unde Seneca: Omnium esse dulcissimum, accipere.

Virtutem & sapientiam vincunt testudines.

Τὰν δρεῖζιν, ἢ τὰν σοφίαν νικᾷν τε χελῶνας.

Id est, Et virtus testudinibus, & sapientia cedit. Est autem velut ænigma, innuens pecuniam longe plus posse, quam aut virtutem aut sapientiam. Antiquitus enim Peloponnesiorum numisma *χελῶνη*, id est, testudo dicebatur, propter insculptam in eo testudinis imaginem. Consimili figura dictum est & illud: Multas noctuas sub tegulis latere.

Aristop.

Dorica musa. Δωρικὴ μέσσα.

De munerum avidis. Aristophanes in Equitibus jocatur in Cleontem, quod nullam aliam musicam discere potuit, quam Doricam. Videlicet alludens ad notissimas harmoniarum species, Doricam, Lydiam, Phrygiam, & Bœoticam.

Pecu-

Pecunia obediunt omnia.

Eccles.

Apud Ecclesiastem cap. x. Proinde Horatius pecuniam reginam appellat :

Scilicet uxorem cum dote, fidemque & amicos,
Et genus & formam regina pecunia donat.

Munerum corruptela.

Homer.

In eum, qui rem auro donisque aggreditur, non infestiviter torseris illud Homeri Odyss. E.

Eripuit virgam, qua mulcet lumina somno,
Quorumcunque velit, solvit quoque lumina somno.

Muneribus res agitur,

Idem:

Qui dicet non esse locum recte factis & æquis rationibus, sed largitione & assentatione omnem rem peragi, poterit illud Homeri accommodare ex Iliad. I.

Δώροισιν τ' ἀγαροῖσιν, ἔπεισάτε μελιχχοῖσι.

Id est, Et donis permagnificis, & lenibus dictis.

Argenteis hastis pugnare.

Ἀργυρέαις λόγχαις μάχεσθαι.

Dicuntur, qui cum negotium alio pacto confici nequit, muneribus & largitione perficiunt. Nihil autem tam arduum, quod pecunia non explicetur. Tullius : nihil est tam sanctum, quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit.

Qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dederit, saluus erit.

Ὅπολλὰ κλέψας, ὀλίγα δὲς, ἐκφάξεται.

Id est, Qui multa tollit, pauca dat, servabitur. Admonet adagium, non nisi multum furibus furripiendum, ut superfit quo judicem, si forte sit opus, corrumpant, atque exoculent. Caterum qui parva tollent, deprehensi pendent, utpote quibus nihil sit, quod imperiant præfectis.

Vulpes haud corrumpitur muneribus.

Ἀλώπηξ ἔδωρον εἶται.

Suidas.

De callidis ac versutis, quos haud facile sit objecto munusculo, aut assentatiuncula pollicitisve fallere. Aves quædam esca capiuntur, vulpes non item.

Homer.

Corrupta judicia.

In eos, qui corrupte judicant, aut suffragium ferunt, aut qui per tyrannidem leges opprimunt, competet illud ex Iliad. π.

Οἱ βίη εἰν ἀγρῶ σκολιάς κείνωσι δέμιστας,
Ἐκ δὲ δίκῳ ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν ἐκ ἀλέγοντες.

Id est, Qui per vim in populi catu communia jura Depravant, ac justitiam depellere tentant, Nil veriti vocem divum.

Cicero.

Faba nummus.

Dictum est olim fabis ferri solita suffragia, quod in-
nuisse Pythagoram existimant, cum vetaret edere fa-
bas. Corrupta itaque suffragia lepidissimo tropo si-
gnificavit M. Tullius. Sed heus tu, videsne consu-
latum illum nostrum quem Curio ante ὑποδέωσιν vo-
cabat, si hic factus erit, fabam nummum fututum?
Ubi faba nummus est, ibi redemptum est suffragium.

Idem.

Guttam aspergere.

Cum ex magno lucro paululum quiddam alicui deci-
ditur, guttam aspergi dicimus. Hinc & guttatim fieri
dicitur, quod fit paulatim. Et guttatim donat, qui sæ-
pe, sed minuta largitur.

Salvete equorum filie.

Apparet joco vulgari fuisse jactatum in eos, qui emo-
lumentum gratia blandiuntur.

Idem.

Pecuniosus damnari non potest.

M. Tullius ait, hoc omnium sermone precrebuisse,
non apud Romanos tantum, verum etiam apud exte-
ras nationes, in judiciis illorum temporum, pecunio-
sum, quamvis sit nocens, neminem posse damnari.
Huic affine est: Romæ esse venalia omnia.

M U N U S N O N M U N U S .

Lucian.

Cyclopiis donum. Κύκλωπος δῶρε'.

Id est, Cyclopiis munus. Pro eo quod est, munus inu-
tile. Cujusmodi sunt ferme tyrannorum & latronum
beneficia, qui solent hoc ipsum magni beneficii loco
imputare, quod aut minus, aut serius noceant. Natum

à Poly-

à Polyphemo, cui sapius vinum dulce dederat Ulysses, spe muneris amplioris, quod promiserat ille.

Hostium munera, non munera.

Priscorum superstitio credidit observanda vel maxime munera, à quibus, & quo animo mitterentur.

Οὕτως ἐξ ἐχθροῦ ἀποκτίνοντα πέμπει δῶρα,

Ἐν χερσὶ παροφθαλμοῦ μαῖραν ἔχοντα μορμ.

Atque ita ab hoste hosti veniunt lethalia dona,

Quæ studii specie fata necemque ferunt.

Καὶ γὰρ ἀνδρὸς, δῶρ ὄνησιν ἐν ἔχ.

Lædit, juvat, nil improbi munus viri.

Adfinia sunt: Mali viri munera inutilia: Pauper diviti dans, petit.

Malum munus. Κακὸν γὰρ δῶρον ἴσ' ἐστὶ ζημία. Plutare.

Id est, Munus malum est perinde uti dispendium.

Nocet non juvat, qui largitur noxia.

Cum Delphis sacrificaverit, ipse carnes assumit.

Δελφοῖσι θύσας αὐτὸς ὄψωνε κρέας.

Id est, Carne ipse Delphis immolata vescitur. Dicitur solitum de iis, qui vocatis convivis ipsi cibos appositos devorant, ut illis spectare tantum liceat, non vesci. In Delphicis enim sacris, is qui immolat victimam, ea vescitur. Adagium torqueri potest etiam ad illos, qui beneficio, quod alii dedisse videntur, ipsi fruuntur. Ut Episcopi nonnulli, nepotibus suis sacerdotia magna donant nonnunquam, sed ad pueros solus titulus redit, ad Episcopos proventus.

MUNUS APTVM, AVT INEPTVM.

Ranis vinum praministras.

Βατραχίῳ οἰνοχοεῖς.

Zenoa.

Ranis vinum infundis. In eum dicebatur, qui id ministraret, quo nihil opus esset ei, cui exhiberetur: veluti si quis apud indoctos multa de philosophia differat.

Non nostrum onus, bos clitellas?

Quintil.

Proverbium duplici forma poterit efferri: Bovi clitellæ.

lae impositae sunt; ubi mandatum est negotium parum apto: Et, Bos clitellas? ut subaudias, ferat. Ubi quis deprecatur provinciam, cui sit parum idoneus. Neque enim boum est clitellis tergo impositis, onera gestare, sed potius asinorum ac mulorum.

Homer.

Negotium non aptum.

Qui recusat munus aut provinciam sibi parum accommodam, aut qui negabit accersere velle sese quempiam ad id muneris, ad quod gerendum idoneus non videatur, usurpabit illud Homeri:

Ἴππους δ' εἰς Ἰθάκην ἐκ ἄζομαι.

Ceterum equos Ithacam non duxero.

Non è quovis ligno fit Mercurius.

Theoph.

Οὐκ ἐκ παντὸς ξύλου Ἐρμῆς ἀνθρώποις.

Id est, Non è quovis ligno Mercurius fingi potest, Id est, Non omnium ingenia sunt accommodata disciplinis.

Homer.

Officium humilius.

Cum quis recusat munus tanquam humilius, parumque sese dignum, applicabit illud Homeri ex Odyss. P.

Οὐ γὰρ ὅτι σταθμοῖσι μένειν ἐπιπλήκῃ εἰμί.

Id est, Nam ut maneam in stabulis jam non mea postulat aetas.

Idem.

Apta provincia.

In eum, qui provinciam suscipit suis aptam viribus, abstinens à negotio, cui sit impar, conveniet illud Homeri ex Iliad. π.

Εἴλετο δ' ἄλκιμα δῖος τὰ οἱ παλάμην ἀρέρη,

Ἐΐχε δ' ἐχέει' οἶον ἀμύμονα αἰακίδαο.

Quae manibus quadrent, ingentes corripit hastas

Quaslibet, ast hastam solam non sumit Achillis.

Navis annosa haudquaquam navigabit per mare.

Diogen.

Ναῦς παλαιὰ πόντον ἐχὶ πλώσσει.

In eos, qui jam ob aetatis imbecillitatem ad res arduas obeundas, sustinendaque pericula parum sunt idonei, ac primum ipsi pereunt, oppressi negotiorum magnitudine.

Putre

Putre salsamentum amat origanum.

Σαπρὸς τῶν ὀρίγανον φιλεῖ.

Athen.

Apte dicetur de re per se parum honesta aut jucunda, atque ob id exoticis condimentis & honestamentis egente. Veritas per se placet, honesta per se decent. Falsa fucis, turpia phalaris indigent.

Ad pedem. Περὶ πόδα.

Plato.

Id est, Juxta pedem. Quod appositum & vehementer accommodatum est, id περὶ πόδα dicebatur, sumpta metaphora à calceamentis, probe ad pedis mensuram quadrantibus, Suidas: Ut hoc meo negotium quadrat pedi.

Juxta navem. Κατὰ νῆον.

Dicuntur quæ digesta sunt ordine, quæque quadrant ac congruunt, propterea quod instrumenta navium suo quæque loco reponi soleant. Item, Juxta navem carbasa: Neque enim omni navigio quævis vela congruunt.

Pygmaeorum acrothinia colosso adaptare.

Ἀκροθίνια τῷ Πυγμαίων κροσσῷ ἐφαρμόζειν.

Philost.

Dicebantur, qui inanem ac stultam sumerent operam, aut qui præter decorum minima maximis adaptarent. Colossi vastæ ac magnæ statuæ dicuntur. Porro acrothinia Græcis primitiæ dicuntur, quod hæc soleant è summo acervo tolli, ἀκρον summum & διναί frumentorum acervi.

Veneri suem immolavit.

Ἀφροδίτῃ ὡς τέθυκεν.

Dici solitum, ubi quis munus offert minime gratum. Invisus enim Veneri sus, propter Adonidem illius amasium apri dente peremptum. Aut contra, cum quis alium in gratiam alterius lædit.

Bos sub jugum. Βῆς ἐπὶ ζυγόν.

Ubi quis assidue laborat, aut si quis se laborioso involvit negotio. Ductum à bubus agricolis.

A Deo ficti.

Cicero.

Qui vehementer ad aliquid natura compositi sunt, hos

426 MUNUS BONI CONSULENDUM.
hos proverbiali sermone ad hoc natos, factos, scul-
ptosque dicimus: insignem autem naturæ dexterita-
tem Marcus Tullius eleganter expressit lib. de Ora-
tore. Sunt autem, inquit, quidam ita naturæ mune-
ribus in iisdem rebus habiles, ita ornati, ut non nati,
sed ab aliquo Deo ficti videantur.

MUNVS BONI CONSULENDVM.

Munerum animus optimus.

Phurnu.

Ξενίων δὲ τε θυμὸς ἀείσθη.

Hemistichium heroicum proverbiale quo significatur
in amicorum muneribus non esse spectandum rei
missæ pretium, sed mittentis potius animus. Et qui-
dam monet, exiguum munus à tenui missum amico,
perinde ut maximum boni consulere.

Homer.

Nihil recusandum, quod donatur.

Si quando dices nullum esse recusandum munus,
quodcunque offertur: aut arripiendam esse quoties
obtigerit alicujus occasio commoditatis, conveniet
illud Homeri ex Odyss. σ.

Strabo.

Οὐ γὰρ καλὸν ἀνίνασθαι δόσιν ἔχει. *Id est,*

Donum rejicere haudquaquam decet.

Donum quodcunque aliquis dat, proba.

Δῶρον δ' ὅτι δῶκες, ἐπαίσις.

Id est, Donum quodcunque probato. Proverbium ad-
monet, boni consulendum esse munus, aut officium,
consiliumve, quod offertur ab amico.

Homer.

Arripienda qua offeruntur.

Οἱ δ' ἐπ' ὀνειᾶδ' ἐτοίμα παρεκείμην χεῖρας ἴαλλον.

Quisque sibi appositis, si quid foret utile, promptas
Admovere manus.

Equi dentes inspicere donati.

Cum significabimus æqui bonique consulendum,
qualecunque est quod non emitur, sed gratis donatur.

MUTANDÆ SENTENTIÆ.

Plato.

Palinodiam canere. Παλινοῶδειν.

Est diversum ab his, quæ prius dixeris, dicere, atque
in

in contrariam vertere sententiam. Sonat autem Græce
παλινῳδία, quasi dicas recantationem.

Calculus reducere.

Cicero.

Est mutare factum cuius te pœniteat, aut vertere con-
 silium rei non satis commode instituta. Translatum
 apparet, aut à ratiocinantibus, aut quod est vero pro-
 pius à ludo laterunculario. Ad calculos reverti, est
 redire ad rationem.

Vertere vela. Funem reducere.

Horat.

Est in diversum mutare sententiam. Persius. Quæ de-
 deram supra repeto, funemque reduco. Horatius:
 Nunc retrorsum Vela dare, atque iterare cursus Cogor
 relictos. Translatum à navigantibus; &c.

Consilium in melius commutandum.

Homer.

Si quando jubebimus mutare consilium, utpote fœ-
 dum ac stultum: aut reprehendimus quippiam, ut in-
 consulte factum, usui fuerit illud Homeri ex Iliad.

Τίς τοί νυ θεῶν ἠκερδέα βεβλήω

Ἐν σήδεσσιν ἔθηκε καὶ ἐξέλετο φρενῶς ἐσθλάς.

Quis tibi consilium submitit inutile tandem

Divorum, sanamque exemit pectore mentem?

Imitabor Nepam.

Plautus.

Imitari Nepam dicitur, qui retrocedit. Nam Nepa,
 auctore Fest. Pomp. Afrorum sydus, appellatur can-
 cer, vel ut quidam putant scorpius. Plautus in Cass.
 Retroversum cedam ad parietem, imitabor Nepam.

Reprehensio cogitationis.

Homer.

Cum ipsi reprehendimus animi nostri consilium, aut
 cogitationem parum honestam, aut parum utilem,
 locus fuerit huic Hom. versiculo ex Iliad. ρ.

Ἄλλ' τίη μοί ταῦτα φίλῳ διελέξατο θυμός.

Sed mihi cur animus secum hæc in pectore versat?

Talum reponere. Τὸν πεποτρὲν ἀναθέαζ.

Dicebantur, qui quod parum ex sententia evenerat,
 curis, ut ajunt, posterioribus corrigebant.

MUTATI INSTITVTI.

Persius.

Nuces relinquere.

Est omisſis ſtudiis ac nugis puerilibus, ad graviora magiſque ſeria converri. Perſius: Et nucibus facimus quæcunque relictis, Cum ſapimus patruos.

Ad hanc proverbii fornam pertinebunt & reliquæ illæ figuræ: Nunquam à nucibus recedere, Redire ad nuces, Nuces abjicere, Nuces intermittere, Nucibus indulgere, Nuces repetere; atque id genus alia.

Longum valere juffis.

Lucian.

Μακρὰν χαίρειν φράσεις ταῖς ἐν ταῦτα πικραῖς.

Id est, Honoribus qui hic ſunt, longum valere juffis, Ea figura quoties ad rem, non ad hominem refertur, haud dubie proverbialis eſt. Rem igitur, à qua nos abdicamus, ei renunciare dicimur, ac longum valere jubere.

Rudentes & remos cum armis commutavit.

Νῆϊα κὲ κώπας ἀνθ' ὀπλων ἠλλὰξωτε.

Id est, Mutarunt armis remos, & nautica vincla. Conveniet, ubi quis artem & quæſtum ſolitum relinquit, gloriæ cupiditate commotus: velut ſi quis è nauta fieret miles, è negotiatore ſacerdos.

Pro eleganti medico malus poëta.

Plutarc.

Ἀνὴ χαρμίνης ἰατρῆς, κακὸς ποιητῆς καὶ λείων ἐπιθυμῆς.

Id est, Pro venuſto medico malus poëta dici cupis. In eum dici ſolitum, qui non contentus artis ſuæ profeſſione, in qua locum mediocrem obtinebat, pergat aliena profiteri, in quibus non perinde ſit exercitatus, nec parem proinde gloriam reportaturus.

De calcaria in carbonariam.

Quoties ſit, ut à re propoſita ad aliud quippiam longe diverſum digrediamur, de calcaria in carbonariam decurrere dicimur: ſive cum ex uno malo in aliud diverſum incidimus.

De toga ad pallium.

Plutarc.

Hæc nimirum indignitas erit, à toga ad pallium : Cujus duplex erit usus : vel cum ad diversum vitæ genus sese contulerit aliquis, vel cum à fortuna honestiore ad humiliorem: veluti si quis ex aulico fiat monachus, aut è Præfecto pædagogus, è Consule rhetor. Confine illi : Ab equis ad asinos.

A Dorio ad Phrygium.

Α' πὸ Δωρείας ἐπὶ Φρύγιον.

Suidas.

Ubi quis à temperatiore vita ad luxum convertitur, aut à fortuna mediocri ad majorem vitæ strepitum. Apulejus Floridorum lib. primo, palam indicat : Domicam musicam multo diversissimam à Phrygia fuisse. Quandoquidem hæc ad religionem commovebat animum : illa ad bellum inflammabat.

Maritimus cum sis, ne velis fieri terrestris.

Θαλάττιος δ' ὄν, μὴ ποτε χερσαῖος γῆς.

Æsop.

Id est, Si sis marinus, abstine à terrestribus. Admonet non mutandam conditionem, ne in melius quidem. Mutuo sumptum ex Apologo quodam Æsopico : Cancer quidam relicto mari, cœpit in agro quodam pasci, ubi forte conspectus à vulpe, protinus arreptus ac devoratus est.

Subito alius.

Homer.

In hominem repente mutatum, quique subito alius factus esse videatur, torquebitur illud Homer. ex Iliad. ω.

Ἄλλοῖός μοι ξεῖν' ἐράνης νέον ἢ ἐ πάροιθεν. *Id est*,

Hospes nunc alius mihi, quam dudum esse videris.

Congruit huic illud Theocriti :

Ἀεὶ τις ἐξαπίνας μὲ θεὸς βροτὸν ἄλλον ἐτόλξεν.

Nunc quo alius subito factus sum numine divum :

Ulysses pannos exiit.

Idem.

Plutarchus hunc Homericum versum usurpavit ex Odyssæα χ.

Αὐτὰρ ὁ γυμνώθη βραχέων πολύμητις Ὀδυσσεύς.

Id est, Vilibus at pannis mox est exutus Ulysses.

Accommodare licebit iis, qui genere vitæ subito commu-

commutato è pauperibus divites, è squalidis nitidi, è tristibus hilares existunt. Plutarchus torquet in adulatorem qui Polypi more omnium studiis sese accommodat. Nam Ulysses simul atque pannos, in quibus mendicum apud procos egerat, exutus, magnificis vestibus ornatus esset, repente visus est alius.

Homer.

Sui dissimilis.

In sui dissimilem quadrabit illud Hom. ex Odyss. N.

Σὲ γὰρ ἄπτω πάντα εἰσκεις.

Id est,

Nunc alio, nunc rursus alio fis obvia vultu.

Tullius.

Ad bonam frugem.

Qui commutatis ad meliora studia moribus respiscunt, proverbio dicebantur ad meliorem frugem sese recipere. Ab agris, qui cultu redduntur frugiferi.

Qui multum obfuit.

Vide infortunii.

Idem.

Circeo poculo.

De homine subito in alium mutato, sermone proverbiali usus est, Cicero Oratione in Verrem. 1. Sed repente è vestigio ex homine tanquam aliquo Circeo poculo factus est Verres, redit ad se atque ad mores suos.

NECESSITAS.

Carched.

Necessitas Magistra.

Suidas ex Carchedonio citat hoc proverbium:

Χρεία διδάσκει, καὶ ἄμισθον ἢ, σοφόν.

Cautum è rudi reddit magistra necessitas.

Necessitas excitat ingenium ad discendas artes.

Homer.

Inevitabile fatum.

Quod homini fati decretum est, id eveniet. In hanc sententiam Homer. Odyss. H.

Ἐνθα δ' ἔπειτα

Πείσεται, ὅσα οἱ αἶσα κατακλώδες τε βαρεῖα

Πεινομένη νήσαντο λίνω ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

Id est, Post illic accidet illi,

Quod fatum, Parcaque graves in stamine nerunt,
Nascenti, tum cum matris promergeret alvo.

Nemo